



## DISPUTATIO VI.

DE BLASPHEMIA IN  
SPIRITUM SANCTUM, SEU  
Peccato ad mortem,

## THESIS I.

**C**um non tam obscura, quam difficili-  
lis de blasphemiâ in Spiritum sanctum sit  
questio, neque omnibus omnino Doctori-  
bus idem de eâ iudicium: visum fuit in Articuli  
secundi Confessionis nostræ ἀναλύσει, peculia-  
rem de eâ, tanquam peccati Originalis effectum,  
πυλῆτησιον instituire.

2. Et quanquam magnus & periculosus huius  
doctrinæ, ad desperationem potissimum est abu-  
sus: non tamen propterea in Ecclesia ignorari:  
quin vel hanc ob causam, veritas eius investigari  
debet accuratius.

3. Ea enim rectè explicata & cognita, con-  
scientias pavidas, commissi huius peccati formi-  
dine prostratas, ac proinde Consolationum Evan-  
gelicarum agrè capaces, laqueis desperationis dis-  
ruptis, erigit, solatur, confirmat.

4. Reliquis verò, quibus clarior Evangelicæ do-  
ctrinæ lux affulsit, & firmior veritatis inno-  
tuit